¹⁰ H. Mross, jw., s. 165: Landsberg Józef urodził się 24 III 1840 w Maleninie powiat Tezew w rodzinie rolniczej Ludwika Landsberga i Doroty Link. Uczył się 1853–1855 w *Collegium Marianum* w Pelplinie i w gimnazjum chojnickim, gdzie zdał egzamin dojrzałości w 1861 roku. Studiował w seminarium duchownym w Pelplinie 1861–1863 i 1865–1866, a w latach 1863–1865 w Monasterze Westfalskim. Zamierzał tam wstąpić do jezuitów, lecz położenie rodziny na to nie pozwoliło. Świecenia kapłańskie przyjął 15 IV 1866 roku. Pracował najpierw jako wikariusz kaplicy królewskiej w Gdańsku, potem w Oliwie. Administrował parafiami w Kamieniu 1868–1870 i w Grudziądzu 1870–1871. W latach 1871–1896 był prefektem gimnazjum w Chełmnie, gdzie w roku 1887 otrzymał tytuł profesora, a w 1893 rady 4 klasy. Uczył także języka hebrajskiego. Biskup Leon Redner mianował go 12 VI 1896 roku dyrektorem *Collegium Marianum* w Pelplinie. W dniu 1 VII 1896 roku odbyła się jego instalacja jako kanonika chełmińskiej kapituły katedralnej. W 1901 roku zrezygnował z funkcji dyrektora *Collegium Marianum* i przeszedł na stanowisko rady konsystorza oraz kaznodziei katedralnego. W 1905 roku był delegatem kapituły na uroczystościach 1150 rocznicy męczeństwa św. Bonifacego w Fuldzie. Zmarł w Pelplinie 21 XI 1905 roku.

<p><i>Natus est in pago Abrau Dioecesis Culmensis, id quod audivi a personis fide dignis.</i></p>	<p><i>Natus est in pago Abrau Dioecesis Culmensis ubi ipse saepenumero sum versatus et interfui primo ejus sacrificio Missae haud ita multo post diem XII Martii anni 1870 in Ecclesia filiali Schlagentini.</i></p>
---	--

3. An sciat ipsum natum esse ex legitimo matrimonio, atque honestis et Catholicis parentibus, et quae sit causa scientiae.

<p><i>Ex legitimo matrimonio natus est; a parentibus honestis et Catholicis, qui pietatem suam et religiositatem ostenderunt eo quod tres filios presbyteros Ecclesiae Catholicae donarunt, qui de persona mihi sunt noti.</i></p>	<p><i>Scio eum esse legitimo matrimonio, honestis et catholicis parentibus testante matricula.</i></p>
--	--

4. An sciat cujus aetatis sit, praesertim an expleverit annum 30 et quae sit causa scientiae.

<p><i>Ipsum esse annorum 55 (quingenta quinque) notum mihi est e consignatione Cleri Dioecesis Culmensis ab Ordinario ejusdem quovis anno edita.</i></p>	<p><i>Scio quoque eum annos quingenta quinque natum esse uti in elencho cleri Dioecesis Culmensis approbato expressum est.</i></p>
--	--

5. An sciat eum esse in sacris Ordinibus constitutum, quibus, a quo tempore citra, praesertim an ante sex menses, et quae sit causa scientiae.

<p><i>In sacris ordinibus constitutus jam die 12. Martii 1870, quo ordinatus est presbyter secundum consignationem Cleri Dioecesis Culmensis.</i></p>	<p><i>Scio eum in sacris Ordinibus constitutum esse inde ab anno 1870, quippe quum ejus primitiis interfuerim.</i></p>
---	--

6. An sciat eum esse in Ecclesiasticis functionibus et in exercitio Ordinum susceptorum diu versatum, in susceptione Sacramentorum frequentem et devotum, et quae sit causa scientiae.

<p><i>Munere vicarii functus est ad Ecclesiam in Neuenburg, inde ad Sanctam Brigittam in urbe Danzig, tum professor Seminarii Clericorum vocatus, in quo officio versatus est usque ad annum 1885, exceptis illis annis, quibus Seminarium Clericorum vi gubernii Civilis suppressum erat, quo tempore Romam peregrinatus est ad studia theologica</i></p>	<p><i>Scio fuisse eum Vicarium Neoburgi (Neuenburg) et Gedani (Danzig) ad sanctam Brigittam, tum Professorem Exegeseos in Seminario Clericali dioecetano per annos fere quatuordecim. Hoc Seminario suppresso Romam profectus ad studia sua theologica augenda linguam Syriacam didicit. Postea factus redux Directoris munere in Semi-</i></p>
--	---

adaugenda et etiam Terram Sanctam visitandam. Anno 1885 director nominatus Seminarii Ludimagistrorum Bernensis (Berent). Anno 1897 die 22. Augusti Canonicus Ecclesiae Cathedralis installatus paulo post Seminarii Clericorum restituti regimen ex voluntate Reverendissimi Loci Ordinarii defuncti suscepit. Quamvis ipse non viderim, quam saepe suscepit Sacramenta, mihi tamen persuasum est ex omnibus, quae de eo vidi et audivi, eum esse Sacerdotem devotum et in tota Dioecesi ob mores probos laudatum.

nario ludimagistrorum Bernensi (Berent) functus est per duos fere annos. Anno 1887 ad Canonicatum apud Ecclesiam Cathedralis Culmensis Pelpolini evectus et Seminario denuo aperto uti Regens praefectus est.

Quam saepe sacramenta suscepit nescio quidem ex autopsia, quippe quum uti Director Seminarii puerorum, non obstante officio in Ecclesia Cathedrali, quotidie in Sacello hujus Seminarii Sacrum faciam, sed audivi a testibus fide dignis eum saepius in mense confiteri et quotannis exercitiis spiritualibus interesse solere. Officium vero divinum et sacrosanctum Missae sacrificium saepenumero eum vidi maxima cum reverentia et devotione celebrare.

7. An sciat eum semper Catholice vixisse et in fidei puritate permansisse, et quae sit causa scientiae.

Inter omnes presbyteros bonae voluntatis Dioecesis nostrae constat, eum semper Catholice vixisse et in fidei puritate permansisse.

Catholice semper eum vixisse ac fidei puritatem retinuisse non solum certo scio sed etiam in rebus catholicis publice promovendis et defendendis excelsisse haud ignoro.

8. An sciat eum praeditum esse innocentia vitae, bonisque moribus, et an sit bonae conversationis, et famae, et quae sit causa scientiae.

Non est dubitandum, quin sacerdos laudatus et ab omnibus probatus praeditus sit innocentia vitae bonisque moribus, sana conversatione et fama.

Notum mihi quoque est eum innocentia vitae ac bonis moribus praeditum esse et bona conversatione pollere.

9. An sciat eum esse virum gravem, prudentem, et usu rerum praestantem, et quae sit causa scientiae.

Scio ex experientia et iudicio generali, Promovendum esse virum gravem, prudentem et usu rerum praestantem.

Scio eum esse virum gravem et ut verbitur Breviarii in sanctum Adalbertum, pie severum et graviter mitem, insuper prudentem ac usu rerum praestantem. Haec mihi scientia ex frequente mea cum eo consuetudine est.

10. An sciat eum aliquo gradu in Jure Canonico, vel in sacra Theologia insignitum esse, quibus in locis, quanto tempore, et quo fructu ipsi Theologiae, vel Juri Canonico operam dederit, et an vere ea doctrina polleat, quae in Episcopo requiritur, ad hoc, ut possit alios docere, et quae sit causa scientiae.

In sacra Theologia insignitus est primo gradu Licentiati summa cum laude anno 1869 ac deinde gradu Doctoratus honoris causa ab eadem Academia Monasteriensi anno 1896 ornatus est ex unanimitate Ordinis Theologorum decreto, „quia de Clero Dioecesis erudiendo atque educando, doctrinae praestantia, morum innocentia, regiminis suavitate per quinque lustra optime est meritus”. Diplomata promotionis ad Gradus Theologicos ipse vidi. Quae quum ita sint, constat cum certitudine, Promovendum Episcopum revera ea pollere doctrina, quae in Episcopo requiritur, ut alios cum bono eventu possit docere.

Haud ignoro promovendum nostrum Episcopum scientiis ac litteris tum in Gymnasio tum in Seminario et denique in Universitate Bonensi et Academia Monasteriensi semper praestitisse, ita ut Theologorum Ordo in Academia Monasteriensi ei ob commentationem exegeticam de tribus versibus primis capituli XI Epistolae sancti Pauli ad Hebraeos exhibitam, examinibus summa cum laude superatis et disputatione publica strenue peracta, ex unanimitate decreto Sanctae Theologiae Licentiati gradum die VI Augusti 1869 in eum contulit. Huic primo gradui academico alter et major Doctoris Theologiae die XIV Februarii 1896, quinque lustris feliciter et laudabiliter in erudiendis educandisque clericis peractis, est additus. Ex quibus omnibus satis elucet, eum ea pollere doctrina, quae in Episcopo requiritur, ut alios bono successu possit docere.

11. An sciat eum aliquo munere aliquando functum esse, vel circa curam animarum, aut regimen alterius Ecclesiae se exercuisse, et quomodo in eis se gesserit, tam quoad doctrinam, quam quoad prudentiam, integritatem, et mores, et quae sit causa scientiae.

Munera, quibus Dr Augustinus functus est jam supra commemorata sunt et in omnibus semper prae se ferebat illam doctrinam, prudentiam et integritatem in Episcopo laudandam.

Munera quibus fungebatur jam supra sunt enumerata, in quibus omnibus semper prae se ferebat eam doctrinam, quam docet Sancta Mater Ecclesia.

12. An sciat eum aliquando publicum aliquod scandalum dedisse circa fidem, mores, sive doctrinam, vel aliquo corporis, aut animi vitio, aliove Canonico impedimento teneri, quominus possit ad Ecclesiam Cathedralis promoveri, et quae sit causa scientiae.

<i>Scandalum nullum ac nullo tempore, in quantum mihi notum, dedit neque circa fidem neque circa mores vel doctrinam. Corporis aut animi vitia nulla mihi sunt nota neque alia canonica impedimenta, quibus fieret ut ad Ecclesiam Cathedralē promoveri non posset.</i>	<i>In quantum humana fragilitas scire potest, scio eum nunquam scandalum dedisse, neque circa fidem neque circa mores, sed et nullo corporis aut animi vitio aut canonico impedimento affectus est.</i>
---	---

13. An eum idoneum existimet ad bene regendam Ecclesiam Cathedralē, et praesertim eam, ad quam ipse est promovendus; an dignum, qui ad illam promoveatur, et an ipsius promotionem eidem Ecclesiae utilem, et proficuum futuram esse censeat, et quare ita existimet.

<i>Secundum meam scientiam et conscientiam idoneum eum et dignum existimo ad bene regendam Ecclesiam Cathedralē et praesertim Culmensē, ad quam ipse est promovendus, immo est dignus, qui ad illam promoveatur et adjuvante Deo sperari potest promotionem Ejus eidem Ecclesiae Culmensi utilem fore et proficuum. Hoc existimo, quia per longitudinem annorum, per quos promovendus mecum amicitia et conversatione erat conjunctissimus, satis eum cognovi, ut iudicium hoc ferre mihi sit datum.</i>	<i>Propterea existimo eum ad bene regendam Ecclesiam Cathedralē Culmensē idoneum et dignum esse hancque promotionem ad Episcopatum Culmensē Deo Optimo Maximo adjuvante ad salutem fore animarum tam Germanorum quam Polonorum.</i>
--	---

Podpisy świadków brzmiały: *Robertus Sawicki praepositus et Decanus Diraviensis*, oraz: *Josephus Landsberg, Canonicus*.

Od nowej karty zaczynają się zeznania o katedrze i diecezji chełmińskiej, złożone przez kanonika i wikariusza kapitulnego księdza Klemensa Lüdtkego oraz dziekana i proboszcza w Gdańsku u św. Mikołaja księdza Franciszka Scharmera:

Kanonik Klemens Lüdtkę¹¹	Dziekan Franciszek Scharmer¹²
--	---

1. An testis sciat in qua Provincia sita sit Civitas Pelplinensis, cujus situs, qualitatis, et magnitudinis sit, quod conflatur domibus, et quot Christi fidelibus inhabitetur, cujus dominio in temporalibus subiaceat, et quae sit causa scientiae.

<i>Civitas Pelplinensis sita est in Regni Borussici Provincia quae vocatur „Bo-</i>	<i>Civitas Pelplinensis sita est in provincia Prussiae occidentalis ad flumen</i>
---	---

¹¹ H. Fross, jw., s. 179–180: Lüdtkę Klemens Marcin urodził się 10 XI 1841 r. w Nakielnie powiat Wałcz, jako syn nauczyciela Wincentego Lüdtkę i Rozalii Klawitter, siostry wyżej wspo-

russia Occidentalis”, medium per locum fluente flumine Ferse, quod influit in Vistulam; conflatur 150 circiter domibus et inhabitatur a 2815 Christi fidelibus. Quod ita se habere scio, cum ipse per multos annos Pelplini habitaverim itaque situm conditionesque Domicilii mei et aspectu et actis satis cognoverim.

„Ferse” dictum. Est pagus circa 3000 incolarum fere sine exceptione catholicorum, conflatur 150 domibus, subiacet in temporalibus dominio regni Borussiae. Causa scientiae est commoratio 5 semestrium in seminario clericali Pelplinensi.

2. An sciat in illa Civitate esse Ecclesiam Cathedralis, sub qua invocatione, eujus structurae, et qualitatis, an aliqua reparatione indigeat, et quae sit causa scientiae.

Ecclesia Cathedralis et totius Dioecesis Culmensis principalis ante sexcentos circiter annos sub titulo Beatae Mariae Virginis gloriose in coelum assumptae lateribus coctis ab Ordine Cisterciensium aedificata et deinde translatae Sedi Episcopali Culmensi tradita (die 3. Augusti 1824) nunc quintum iam annum

In civitate Pelplinensi est ecclesia cathedralis sub invocatione Beatae Mariae Virginis, structurae gothicae, per magnae amplitudinis, quae hoc tempore et intra et extra diligentissime reparatur. Valet causa scientiae in quaestione prima allata propriaque ultimi temporis observatio.

mnianego księdza Edwarda Klawittera. W latach 1852–1860 ukończył gimnazjum w Wałcu i po maturze studiował w seminarium duchownym w Pelplinie 1860–1863; potem w Monasterze Westfalskim. W dniu 1 VIII 1865 roku uzyskał licencjat teologii, a 5 VIII 1865 roku został wyświęcony na kapłana. Pracował jako wikariusz katedralny i nauczyciel *Collegium Marianum* w Pelplinie, w latach 1867–1886 był prefektem gimnazjum w Chojnicach, którego profesorów nawrócił ze *starokatolicyzmu*. Doktorat teologii otrzymał 25 XI 1874 roku w Monachium. W latach 1885–1886 przewodniczył komitetowi budowy Zakładu św. Karola Boromeusza w Chojnicach. Biskup Leon Redner mianował go 10 XII 1886 roku wikariuszem generalnym i oficjalem. W dniu 15 II 1887 odbyła się jego instalacja jako kanonika chełmińskiej kapituły katedralnej. Kandydował na biskupa chełmińskiego w latach 1886 i 1898. Podczas wakansu w 1898/1899 roku był wikariuszem kapitulnym. Po śmierci biskupa pomocniczego Jana Trepnaua został dziekanem chełmińskiej kapituły katedralnej i odbył instalację 24 IX 1906 roku. W zarządzie funduszu stypendialnego generalnego wikariatu w latach 1883–1908 udzielił 1396 stypendiów 608 gimnazjastom, w tym 229 teologom. Był członkiem Towarzystwa Naukowego w Toruniu, ogłaszał drukiem artykuły historyczne. Jako wikariusz generalny faworyzował Niemców, a do polskich dążeń narodowych był ustosunkowany niechętnie. Zmarł w Zakładzie św. Karola Boromeusza w Chojnicach 16 III 1909 roku i pochowany został w Pelplinie.

¹² H. Mross, jw., s. 290–291: Seharmer Franciszek Michał urodził się w Człuchowie 4 X 1849 roku jako syn mistrza piekarskiego Michała Seharmera i jego małżonki Justyny Schnas. W latach 1860–1868 ukończył gimnazjum w Chojnicach. Studiował w seminarium duchownym w Pelplinie w latach 1868–1870 i 1873–1874, a także na uniwersytetach w Würzburgu i Monasterze Westfalskim. Świecenia kapłańskie przyjął 11 V 1873 roku w Pelplinie. Był wikariuszem w Gdańsku na Starych Szkotach i u św. Brygidy. Po zakazie duszpasterstwa wydanym na skutek *ustaw majowych* pracował w latach 1874–1881 jako dziennikarz. W dniu 24 IX 1881 roku został proboszczem w Gdańsku na Starych Szkotach, a 20 V 1891 u św. Mikołaja. W latach 1898–1905 był dziekanem. W kościele od 1896 roku z polecenia biskupa L. Rednera były co niedzielę śpiewy i kazania polskie. W dniu 18 XI 1905 odbyła się jego instalacja jako kanonika chełmińskiej kapituły katedralnej. W latach 1909–1917 był wikariuszem generalnym i oficjalem. Należał do Towarzystwa Naukowego Torunskiego. Zmarł 23 VI 1917 i pochowany został na cmentarzu św. Mikołaja w Gdańsku.

subsidiis Gubernii Regii, Episcopi Leonis pie in Domino defuncti, Capituli Culmensis et singulorum Canonice omniumque universae Dioecesis Culmensis fidelium reparatur et Deo adiuvante hoc anno ad novum splendorem revocata novo Episcopo Culmensi muneri instar tradetur. Haec omnia testari valeo, quia ante duodecim annos apud Ecclesiam Cathedralis installatus sum canonicus numerarius et curatio reparationis Ecclesiae Cathedralis singulari modo ad me est delata et denique in duplici meo munere tam canonici quam Vicarii Capitularis meum fuit sumptus pro domus Dei decore et exorare et colligere.

3. An sciat quot Episcopos suffraganeos habeat; et quae sit causa scientiae. **Si vero Ecclesia sit Episcopalis:** An sciat, cui Archiepiscopo sit suffraganea; et quae sit causa scientiae.

Ecclesia Episcopalis Terrae Culmensis cum Sede Episcopali Pelplinensi est suffraganea Archiepiscopo Gnesnensi et Posnaniensi. Huic iuri Metropolitico Ecclesia Culmensis assignata est Bulla circumscriptionis Dioecesium Regni Borussici: „De salute animarum” die 16. Julii 1821.

Ecclesia episcopalis Culmensis Pelplini est suffraganea Archiepiscopo Gnesnensi-Posnaniensi, quod notum mihi est ex schematismo dioecetano.

4. Quot et quales sint in dicta Ecclesia Dignitates, Canonicatus, et alia Beneficia Ecclesiastica, quis sit numerus omnium Presbyterorum, et Clericorum inibi in divinis inservientium, quae sit Dignitas major post Pontificalem, quales sint redditus Dignitatum, Canonicatum, et aliorum Beneficiorum, et an adsit praebenda Theologica, et Poenitentiarum, et quae sit causa scientiae.

In Ecclesia Culmensi sunt duae Dignitates, Praepositi et Decani, octo Canonicatus numerarii, quattuor Canonice honorarii Pelplini non habitantes, quattuor (regulariter sex) Vicarii Ecclesiae Cathedralis atque in tota Dioecesi 261 Ecclesiae parochiales, 83 Ecclesiae filiales, 26 capellae publicae, 392 Pres-

in dicta ecclesia sunt duae dignitates, octo canonicatus. Alia beneficia apud ecclesiam cathedralem non reperiuntur. Numerus presbyterorum inibi in divinis inservientium est 15. Clerici aliorum ordinum hoc tempore non sunt, quia ex quo tempore Reverendissimus Dominus Episcopus Dr Leo Redner de-

<p><i>byteri in Divinis inservientes. Dignitas maior post Pontificalem est Praepositi Capituli. Juxta Bullam „De salute animarum” dotationes sunt in Ecclesia Cathedrali:</i></p> <p><i>a) Dignitates Praepositi et Decami 1200 thalerorum (3600 marcarum) pro utroque.</i></p> <p><i>b) Pro primo Canonico thalerorum mille (3000 marcarum), pro secundo thalerorum nongenti (2700 marcarum), pro quolibet ex reliquis sex thalerorum octingenti (2400 marcarum), pro quolibet ex quattuor Canonicis honorariis thalerorum centum (quae summa postea centum thaleris aucta est).</i></p> <p><i>Praebenda Theologalis non adest neque Poenitentiaria, attamen ex Capituli gremio unus Canonicus Concionator Cathedralis alter Poenitentiarius major ab Ordinario Loci nominantur.</i></p> <p><i>Cause scientiae in his et iis, quae sequuntur, rebus sunt et cognitio mea personalis et acta tam Curiae Episcopalis quam Capituli Culmensis.</i></p>	<p><i>functus est, sacros ordines conferre impossibile erat. Dignitas maior post Pontificalem est praepositura capituli cathedralis. Reditus dignitatum et canonicatum enumerantur in bulla „De salute animarum” de die 16 mensis Julii 1821. Praebendae Theologalis et Paenitentiarum non existunt. Attamen munere Paenitentiarum majoris fungitur aliquis canonicorum. Quarum rerum notitia maxima ex parte mihi pervenit ex schematismo dioecetano.</i></p>
--	--

5. An in ea cura animarum exercentur, per quem, an sit in ea fons Baptismalis, et quae sit causa scientiae.

<p><i>In Ecclesia Cathedrali cura animarum exercetur per Vicarios atque ex parte per Canonicos audiendis fidelium confessionibus et Sacra Communionem ministranda; fons autem Baptismalis in Ecclesia Cathedrali non est.</i></p>	<p><i>In ecclesia cathedrali Pelplinensi exceptis confessionibus audiendis neque exercetur cura animarum neque invenitur fons baptismalis. Qua de re propria observatione certior factus sum.</i></p>
---	---

6. An habeat Sacrarium sufficienter instructum sacra suppellectili, caeterisque rebus ad divinum cultum, et etiam ad Pontificalia exercenda, necessariis, chorum, organum, campanile cum campanis, et coemeterium, et quae sit causa scientiae.

<p><i>Sacrarium Ecclesiae Cathedralis sufficienter instructum est sacra suppellectili ceterisque rebus ad divinum cultum et etiam ad Pontificalia necessariis et Ecclesia habet chorum, duo organa,</i></p>	<p><i>Habet Sacrarium sufficienter instructum sacra suppellectili ceterisque rebus ad divinum cultum et etiam ad Pontificalia exercenda necessariis, a Reverendissimo Domino Episcopo Doctore</i></p>
---	---

<p><i>unum magnum alterum maximum, campanile cum campanis, non tamen coemeterium. Exceptis enim Episcopis et Canonicis, qui in Ecclesia ipsa sepe-liuntur, nemo in hac Ecclesia habet ius sepulturae.</i></p>	<p><i>Leone Redner frequenter usitatis. Habet chorum, duo organa, campanile cum 4 campanis. Coemeterio opus non est, quia episcopi et canonici in catacombis ipsius ecclesiae cathedralis sepe-liuntur, ceteri in coemeterio prope ecclesiam parochialem. Causa scientiae allata est in quaestione praecedenti.</i></p>
---	---

7. An sint in ea corpora, vel alicuae insignes Reliquiae Sanctorum, quomodo asserventur, et quae sit causa scientiae.

<p><i>In Ecclesia Cathedrali multae quidem sunt Reliquiae Sanctorum, imprimis eae, quae in altaris maximi Reliquiariis decenter ornatis asservantur, non tamen adsunt corpora vel alicuae insignes Sanctorum Reliquiae singulari modo expositae vel exponendae.</i></p>	<p><i>Sunt in ea reliquiae sanctorum quamvis non insignes, asservantur in altaribus, praesertim in altari majore et sanctae crucis. Valet causa scientiae quaestionis praecedentis.</i></p>
---	---

8. An habeat domum pro Episcopi habitatione, ubi, et qualem, quantum distet ab Ecclesia, et an reparatione indigeat, et quae sit causa scientiae.

<p><i>Domus Episcopi ante quinquaginta circiter annos aedificata et bene conservata ab Ecclesia Cathedrali ad quadringentos passus distat.</i></p>	<p><i>Habet civitas Peplinensis domum pro Episcopi habitatione sufficientis magnitudinis, ab ecclesia cathedrali circiter 500 pedes distantem. Est bonae qualitatis neque indiget reparatione. Valet causa scientiae quaestionum praecedentium.</i></p>
--	---

9. An sciat verum valorem reddituum mensae Episcopalis ad quam summam annuatim ascendat, in quibus consistant, an sint aliqua pensione onerati, ad cujus, vel quorum favorem dicta pensio sit reservata et quae sit causa scientiae.

<p><i>Valor reddituum mensae Episcopalis secundum Bullam „De salute animarum” efficit octo milia thalerorum, sed una pars huius summae continetur redditibus duorum praediorum rusticorum ad mensae Episcopalis dotationem quoque pertinentium. Praedium unum oneratum est pensione 1050 marcarum ad Seminarii Clericalis favorem reservata.</i></p>	<p><i>De valore reddituum mensae episcopalis cognovi ex bulla „De salute animarum”. An pensionibus onerati sint, nescio.</i></p>
--	--

10. Quot existant in illa Civitate Ecclesiae Parochiales, et an unaquaeque habeat fontem Baptismalem, quot item in illa existant Collegiatae, quot Monasteria virorum, et mulierum, quot Confraternitates, et Hospitalia, et an sit Mons Pietatis, et quae sit causa scientiae.

In Civitate Pelplinensi est una Ecclesia Parochialis, quae habet fontem Baptismalem. Collegiatae vero et Monasteria virorum et Montes Pietatis neque Pelplini neque universim in Dioecesi Culmensi existunt. Pelplini est una Domus Virginum Sororum Caritatis Sancti Vincentii a Paulo, una Confraternitas sub invocatione Sanctorum Angelorum Custodum unum Hospitale. In tota vero Dioecesi inveniuntur 6 domus Congregationis Virginum Sororum Caritatis Sancti Vincentii a Paulo cum 73 Sororibus, 2 domus Sancti Caroli Borromaei cum 30 Sororibus, 10 domus Sanctae Elisabeth cum 66 Sororibus, una domus Sancti Francisci cum 10 Sororibus. Hospitalia in Dioecesi Culmensi numerantur 87 et Confraternitates diversi nominis et generis circiter 420.

In civitate Pelplinensi praeter unam ecclesiam parochialem, quae habet fontem baptismalem, neque collegiatae existunt neque monasteria virorum. At invenitur ibi unum monasterium mulierum vel potius nosocomium congregationis Virginum sororum Charitatis sancti Vincentii a Paulo. Item una est confraternitas et unum hospitale. Mons pietatis, qui dicitur, non existit. Causas scientiae iam attuli in quaestionibus praecedentibus.

11. Quantum sit ampla Dioecesis, quot et quae loca complectatur, et quae sit causa scientiae.

Dioecesis Culmensis cum Sede Episcopali Pelplinensi est distinguenda a valde minore vetere Dioecesi Culmensi anno 1243 cum aliis tribus terrae Prussicae Dioecesibus erecta et inter flumina Vistulam, Ossam, Drewenziam sita. Dioecesis Culmensis nostrae aetatis complectitur, ut supra iam commemoratum est, 261 Ecclesias Parochiales cum amplitudine totali 470 milium passuum quadratorum et 707.119 animabus Christi fidelium.

In dioecesi Culmensi enumerantur 707.119 animarum, quarum cura in 261 parochiis exercetur, cujus rei notitiam accepi ex schematismo dioecetano.

12. An in ea erectum sit Seminarium; quot in eo pueri alantur, et quae sit causa scientiae.

<p><i>In Seminario Clericorum Pelplini existente aluntur 113 Studiosi Sacrosanctae Theologiae, qui in Gymnasiis publicis studia et examina iam superaverunt. In Seminario parvo puerorum (Collegio Mariano) educantur circa 250 discipuli.</i></p>	<p><i>Erectum est in ea seminario clericorum, in quo 113 alumni ad sacros ordines suscipiendos aluntur. Valet causa scientiae in quaestione praecedenti allata.</i></p>
--	---

13. An ipsa Ecclesia vacet, quomodo, a quo tempore citra, et quae sit causa scientiae.

<p><i>Ecclesia Culmensis vacat inde a Kalendis Aprilibus anni 1898 post obitum Reverendissimi Episcopi Dr. Leonis Redner, qui me Vicario eius per duodecim annos Generali praesente piam animam exspiravit et ut in luce Sanctorum perpetua requiescat successore dato in Sede Episcopali et dignissimo et maxime idoneo flagito atque oro.</i></p>	<p><i>Sedes episcopalis ecclesiae Culmensis vacat per obitum Reverendissimi Domini Doctoris Leonis Redner calendis Aprilibus praeteriti anni pie defuncti, cujus sepulturae ipsemet interfui.</i></p>
---	---

Zeznania podpisali, każdy swoje: *Clemens Lüdtke Canonicus et Vicarius Capituli Culmensis*, oraz *Franciscus Scharmer, decanus et parochus ad sanctum Nicolaum*. Sekretarzem był ks. Franciszek Liedtke.

Biskup Warmiński Andrzej Thiel w dniu 15 II 1899 przesłał arcybiskupowi nuncjuszowi Benedyktowi Lorenzelliemu: dwa egzemplarze procesu o zaletach biskupa elekta chełmińskiego dr. Augustyna Rosentretera i o stanie Kościoła chełmińskiego, wraz z przysłanym na wzór procesem z 1878 roku, który przy wykonaniu zlecenia był bardzo pożyteczny.

Nuncjusz podziękował 18 II 1899 roku, donosząc, że bez zwłoki jeden egzemplarz przesłał do Rzymu i ma nadzieję, że osierocenie diecezji chełmińskiej niedługo się skończy. Pismo wpłynęło do Fromborka 20 II 1899 roku i biskup warmiński Andrzej zadysponował złożenie jego do akt.

W tydzień później, 27 II 1899 roku, papież Leon XIII zatwierdził wybór, a 9 VII 1899 roku Biskup Warmiński dr Andrzej Thiel wyświęcił ks. dr. Augustyna Rosentretera na Biskupa Chełmińskiego w katedrze w Pelplinie.

PROCESSUS INFORMATIVI EPISCOPORUM CULMENSIIUM
LEONIS REDNER (1886–1898) ET AUGUSTINI ROSENTRETER (1899–1926)

SUMMARIUM

Episcopus Varmiensis Dr Andreas Thiel (1885–1908) de mandato Nuntiature Apostolicae Monacensis tres processus informativos instruxit: Archiepiscopi Gnesnensis et Posnaniensis Iulii Dinder (1886–1890), de quo conferatur liber in memoriam RD Professoris Mariani Banaszak Posnaniae edendus, necnon duorum Episcoporum Culmensium: Leonis Redner et Augustini Rosentreter.

In processu Leonis Redner anno 1886, de mandato Nuntii Apostolici Angeli di Pietro instructo, testes erant canonici Culmenses Ioannes Trepnau (1835–1906) et Eduardus Klawitter (1826–1897), notarius erat Franciscus Liedtke (1855–1906), secretarius Episcopi Varmiensis.

In processu Augustini Rosentreter anno 1899, de mandato Nuntii Apostolici Benedicti Lorenzeli instructo, testes *de persona electi* erant praepositus et decanus Dirsaviensis Robertus Sawicki (1841–1925) et canonicus Culmensis Iosephus Landsberg (1840–1905). Testes *de Ecclesia et Dioecesi* erant canonicus Culmensis Clemens Lüdtke (1841–1909) necnon decanus et parochus Sancti Nicolai Gedanensis Franciscus Scharmer (1849–1927). Notarius erat iterum Franciscus Liedtke.

Integra responsa interrogatoriis originali lingua Latina reproducuntur.